



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Societatis Iesv Pars ...

Pars Secunda, Sive Lainivs

Orlandini, Nicola

Antverpiae, 1620

Patribvs Et Fratribvs Societatis Iesv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13974

PATRIBVS ET FRATRIBVS SOCIETATIS IESV.

HAbetis alteram, Patres Fratresque Historiarum nostræ Societatis partem, scriptam à me animo bono, exitu vtinā pari. Fruimini, quod strenua Patrum manus gessit, ignoscite quod stylus meus detriuit. Video quām dispari conditione simus. Vos factis eos repræsentatis, ego dictis adumbro. Scripta mea tabulæ mutæ sunt, ignaua lineamenta: spirantes vos statuæ, simulacra viua & efficacia. Qui & litteras animatis meas, dum, quæ narrātur à me, accipiunt fidem, hoc est vitam, à vobis; vt nemo dubitet facta, quæ fieri videt: nec de Patrum ambigat facie, quam agnoscit in filijs. Cæterū & vestra, & publicè interest, vt vestris ad Deum precibus impetretis, quod mihi munus impositum est, vt quām minimè malè fungar: nam vt bene, supra votum est. Plura habebam ad vos præfari de toto genere, consilioq; & quasi œconomia scriptionis tum meæ, tum P. Nicolai Orlandini, qui primam rerum nostrarū partem condidit. In eamdem enim viam à principio, in uicem ignari, conuenimus: sed quia & ad alios, atque adeò maximè ad alios ea disputatio pertinebat, separare malui, proœmióq; inclusi. Bene valete. Christus Iesus sua me Societate ac vestra dignum efficiat.

Omnium indignus in Christo seruus

Hist. Societ. Iesu Tom. 2.

† 2

Franciscus Sacchinus.